Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

de iericho. cecus sedebat iuxta viam mendicans. quia ascendente ite ad celos domino et multis fidelium sequentibus. immo cunctis ab initio mundi electis una cum illo ianuam regni celestis ingredientibus: et mox gentilitas spem sue illuminationis cepit habere. Qui mendicat iuxta viam sedens. quia necdum iter veritatis ingrediens ad hanc pervenire contendit. Jeronimus. Ipsis et iudeorum qui scripturam nec complent iuxta mensam mendicantes esuriunt. Clamat autem. Fili david miserere mei. quia per merita patriarcharum videns ipse illuminatur. Comminantur autem ei multi ut taceat. quia peccata et demonia compescunt clamorem pauperis. Sed ille magis clamabat. quia ingravescente bello manus ad lapidem adiutorii hoc est ihesum nazarenum cum clamore levande sunt. Beda. Postquam gentium agnita fama nominis christi percipere eius fidem querebat. contradicebant multi. prius iudei. deinde et gentiles. ne illuminandus orbis christum invocaret. nec tamen impugnantium furor eos qui ad vitam erant preordinati valebat salute privare. Clamantem autem cecum transiens audivit. quia per humanitatem suam misertus est. qui per divinitatis potentiam mentis nostre tenebras exclusit. Quod enim propter nos natus et passus est. quasi transiens ihesus. quia hec actio temporalis est. Stare autem dei est immutabiliter cuncta disponere. Clamantem autem cecum dominus vocat. cum populo gentium per predicatores verbum fidei mittit. Qui vocant cecum animequiorem esse et surgere atque ad dominum venire precipiunt. cum predicando indoctis spem eos salutis habere. ac de torpore viciorum erigi. atque ad virtutum studia se attingere iubent. Proiecto autem vestimento exiliit. quia abiectis mundi retinaculis expedito gressu ad largitorem eterne lucis properat.

Jeronimus. Venit in iudeam xpistus ex iericus in dus veteris hominis ut hymnus canticum sermones. quia segnitiem deponens patriarchas prophetas apostolos in altis considerans ad superna se extendit. Quam conveniens autem est ordo salutis. audivimus primo per prophetas de nobis clamantes per fidem. secundo vocamur per apostolos. surgimus per penitentiam. exuimur per lavacrum. interrogamur per voluntatem. Cecus autem interrogatur hoc requirit ut videre ad voluntatem domini. Beda. Imitemur ergo et nos eum. non divitias. non terrena bona. non honores a domino. sed lucem queramus. quam videre cum solis angelis possimus. ad quam via fides est. Unde et ceco respondetur: Fides tua te salvum fecit. Videt autem et sequitur. qui bonum quod intelligit operatur. Ihesum enim sequitur qui imitatur. qui prosperari in hoc mundo noluit opprobria. irrisiones toleravit. Et quia rex corporalium delectatione a gaudio interno cecidimus. cum quadam amaritudine illuc revocamur. quo docuit. Theophilus. Dicit autem quia secutus est dominum in via. scilicet in ista vita. scilicet quia post hanc excluduntur omnes qui hoc enim non secuti sunt ab operando mandata eius. Jeronimus. Via est ista que dixit. Ego sum via veritas et vita. hec est via angusta que ducit ad ardua ierusalem et bethanie ad montem oliuarum que est mons luminis et consolationis.

C. XI.

Et cum appropinquaret ierusalem et bethanie ad montem oliuarum mittit duos ex

Postquam. Glosa. Postquam dominus suis virtutis sufficientem experientiam declarat et crux instabat in [illegible] omnia cum maiori agit claritate que ad [illegible] maturam. Et ideo [illegible] post ascendit ierusalem. nunquam tamen